



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Wolfgangus Episc. 31. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Oktob.
odor
ELIN-
titatis
rio.
: quo-
conclu-
t, que
Greg.

31. Octob. VITÆ SANCTORVM. 531
Superis acclamantibus, & certos esse beatitatis
jubentibus. Meruere ergo laurum, quâ ut coro-
narentur, capita securi submiserunt. Ex Metaphr.

Ante nos est Christus, ante nos bravum e[st] Iesus: ad
hunc dirige oculos tuos, averte à spectaculis, averte ab
omni seculari pompa: serva eos, ut erigas melioribus:
erige ad celum; specta mare, terram circumspice, ut
opere facta divino omnis creatura te pascat. S. Am-
bro[sius]. in Psal. 118.

S. WOLFGANGUS EPISC.

31. Octobris.

Stellam parturire sibi mater VVOLFGANGI vi-
debatur. Non fecellit. VVOLFGANGVM pepe-
rit, sidus, à quo omnis Bojaria illustrem se fate-
tur. Natalium splendori jam inde à puero majo-
rem lucem à bonis artibus, maximam deinde à
virtute accedit. Hæc cùm inter Herciniæ silvæ
Ascetas aliquamdiu latuisset, suis tandem se radiis
prodidit, & prælucere Bojis Ratisponæ jussa est.
Agnovere in Præsule suo vitæ magistrū omnium
ordinum homines. Virgines præcipue Deo dica-
tæ, quas ille à vitæ, ad quam nunc etiam prouum
est deficere, licentiā, ad sanctiorem disciplinam
facile omnes revocavit. Postea in desertos mon-
tes aufugit, struxitque sacellum miraculis etiam-
num inclytum. Sed non potuit oculos effugere
stella tam nobilis. Retractus VVOLFGANGVS post
longam absentiam pulchrius jam Ratisponensibus
velut post tenebras luxit. Illud minimè tacen-
dum. Henricum Bavaram posteà Augustum edu-
casse, illique Imperium tum in vitâ, tum à morte
suâ prædixisse: nam ferunt Henrico dormienti
VVOLFGANGVM adstituisse, & paricti gemina hæc

Z 2

verba

332 VITÆ SANC TORVM. 31.Octob.
verba (Post sex) inscripsisse : experrectum illum
mortem primò in sextum diem , pōst in sextum
mensēm , tum in annum sextum expectasse , sed
tunc pro morte Imperium scilicet adiisse. At
VVOLFGANGVM, cūm assēm omnem suum in fra-
tres (ut ipse vocabat) pauperes partitus esset, cā-
lum ex ipso templo D. Othmari, qui & Episcopa-
tus illi & mortis vates fuit, ad se rapuit. Nec in-
juriam terræ fecit , suum abstulit , stellam tulit.
Ex Surio.

*Hora exitus nostri semper est intuenda ; ista Redem-
ptoris nostri admonitio ante mentis oculos semper po-
nenda, quā ait, Vigilate , quia nescitis diem neque ho-
ram. S.Greg. Hom.de x.Virg.*



NO-